

TRACTATVS DE
PRAESCRIBI-
PTIONIBVS IOANNIS
FRANCISCI BALBI
TAVRINENSIS.

EIVSDEM REPETITIO L. CEL-
SVS. D. DE VSVCAPIONIBVS.
Vnà cum multis additionibvs,
perquām necessarijs.

Quām emendatissimè nunc excusus: & necessario
revisim Indice auctus.

num. XL. cap. 2. num. XL.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote,
Anno M. D. LXXX.

AD EXCELLENTISSI-
MVM DIVVM QVE CARO.
LVM SABAVDIAE DVCEM
IX. AC PEDEMONTIVM
Principem &c.

JOANNIS FRANCISCI BALBI V. I. D.
Epistola in Tractatum Praescriptionum.



Oste aquam superexcelsē diueq; Prin-
ceps tuo munere, tuiq; utriusq; splen-
didissimi senatus communī consensu
& decreto, ad ordinariam iuris ciui-
lis vespertinam sedem, onus quidem
humeris meis lōgē impar, superioribus annis pro-
motus sum: æquum fore existimauī aliquam erga
te gratiā animi significationem ostēdere, aliquasq;
officij nobis crediti primitias nomini tuo offerre,
vt inde aliqua mihi & alijs prodiret vtilitas. Ad
quod me magnoperē excitauit innata tibi pruden-
tia, qui licet annum vigesimumquintum non attin-
gas: tanta tamen est tibi in administranda Repub-
lica, regendisque populis ingenij vis & perspica-
cia, vt iam propè senex & canus videaris: vt de te
meritò illud poëticum dici possit:

Quid numeras annos? vixi maturior annis,

Acta senem faciunt: hec numeranda tibi.

Et illud: Cæsaribus virtus contigit ante diem. In-
est enim tibi senectus, vt sapientissimus inquit Sa-
lomon Sapientie 4. cap. non annorum numero com-
putata, sed sensu: Nam cani sunt sensus hominis.
Iustitiam verò, quam virtutum omnium reginam
esse conitat, & sine qua imperia diutius consistere
non possunt, ita colis & obseruas, vt nihil nisi re-

T R A C T A T V S
P R A E S C R I P T I O N V M I O A N .
F R A N C I S . B A L B O A U T H O R E , N V N C
recens emendatius, quām anteā typis
exclusus.

S V M M A R I A .

- 1 *Præscriptionum actio queritur tam in foro canonico, quām Cæsarico: & quām sit huius præscriptionis materia utilis, & profunda, quamque diligentius animaduertenda, ex infinitis iuris partibus satis liquet.*
- 2 *Antiquitas non est negligenda sed veneranda: quæ in huius operis calce inseritur: præscriptionis materiæ commendatione.*
- 3 *Honor debetur his, qui virtute aliorum scripta per eos ordinatae disposita & cumulata aliquid pertinenter viuenterq; addere co[n]nati sunt.*
- 4 *Inuenitis iuventa non obstant. Intellectus se habet ad iustar[um] se[ntentia]s, qui oritur & occidit: radii & redit: & nunquam moritur, sed suis vicibus occultatur.*
- 5 *Minori sapè plus reuelatur quām maiori, & quanto est maior tanto magis cupit edoceri.*
- 6 *Horatij sententia summa perè notanda ad studiosorum animositudinem.*
- 7 *Poeticum quoddam iniuntans ad placendum doctisq; bonisque: Summa quidem laus est, displicuisse malis.*
- 8 *Liber nullus tam malus reperitur, qui non ex parte aliqua proficit: inquit Plinius.*

P R O O E M I V M .

R e s c r i p t i o n u m m a t e r i a quām sit utilis, quamq; fre-
Pquens & necessaria, quotidiana docet forensium cui
sarum experientia, rerum magistra. Maximè cum in
omnibus penè occurribus casibus, & in quavis actio-
ne, de præscriptione queratur: tam in foro Canonico;
quam Cæsarico: & non solum in prophanis, verūm etiātri
A in sp̄t-

Celsus. Dividitur ista solennis l. in tres partes principales secundum Angel. & Imol. hic.

In prima ponitur reprehensio sententiae antiquorum siue cuiusdam errorae opinionis.

In secunda ponitur ratio reprehensionis. In tertia ponitur extensio. Secunda est ibi, quia neque pro legato. Tertia est ibi, idem & in litis. Et hoc dicat in summa secundum Angel. & Imol. qui plenius summant quam faciat Bartol. † Possidens tamen putatio iusto errore ductus usurpat, secus si in iusto, reprobata sententia antiquorum non facientium differentiam inter iustum & iniustum errorem. Hoc dicit cum gl. Et iste intellectus est commutus ab omnibus approbatus secundum Angel. Vel sic secundum Paul. de Cast. Titulus putatiuus non sufficit ad praescribendum etiam cum bona fide, si non subest iusta causa putandi. Si autem subest, tunc sufficit sicut si esset verus. Hoc dicat. Vel sic breuius, & teruo secundum Paul. Qui non habet tit. nec iustam causam credendi se habete, non potest usucapere vel praescribere longo tempore. Priusquam veniam ad notabilia, apostillabo & declarabo textum opus erit. In text. ibi, Celsus. lib. xxxiiij. ad Sabinum; dicit Angel. vide supra commu. diui. l. iiiij. in fin. Sed non reperio quod ille text. aliquid faciat. In text. ibi, & nihil referre. Subaudit Angel. scilicet existimarent antiqui. sed melius absque subauditione iste infinitiuus refertur ad relativum cum verbo qui existimarent, prout duo praecedentia, & determinatur a verbo principaliter. In text. ibi, quia neque pro legato. Voluit dicere iure consultus, † quia non ceteris non sunt qualitates, l. cius qui in provincia. & ibi not. supera sic cert. peta. & latius dicam infra, ideo non potest esse usucapio pro legato, ubi nullum legatum, &c. In text. ibi, si nulla donatio, &c. Subaudit Angel. neque ex aliqua causa probabili aestimetur donationem, dotem, vel legatum subesse, secundum veram opinionem, ut videbimus in gloss. In text. ibi, idem & in litis existimatione, &c. et. † quid sit haec litis existimatio, declarat text. in l. cius rei. & in l. haec si res. & in leg. si culpa. supera de rei vendit. &